

Unde ad bibl. Regiam accesserit, non liquet. Usus est eo Benedict, qui codicem ob lectionum praestantiam laudat ac „Dresdensem secundum“ vocat.

Elect. 521. Regia D 118. Goetze I p. 319. Ebert, zur Handschriftenkunde Bd. 1. Leipz. 1825. 8. p. 76. Falkenstein p. 253. Archiv. Biblioth. vol. 316. 1838. nr. 148. Ludw. Fischer, K. Mathias Corvinus und seine Bibliothek. Wien, 1878. 8. p. 34. Csontos: Literar. Berichte aus Ungarn, hggb. von P. Hunfalvy Jahrg. 3. Budapest, 1879. 8. p. 106. *A. de Havocq: La Bibliothèque du roi M. Corvinus. Paris 1923, S. 63.*

## 116.

## Ciceronis Tusculanarum quaestionum libri V.

Cod. membr. 109 foliorum in 4. saec. 14. exeunte in Italia eleganter, sed mendose exaratus ideoque ab homine docto paulo recentioris aetatis (sed per solum primum librum) emendatus, litteris initialibus pictis et auratis. Accessit e bibl. Wertheriana, in cujus inventario aestimatur 1 floreno, et collatus est a. 1815 in usum Goerenzii.

Elect. 525. Regia D 129. Falkenstein p. 253.

## 117. 2

## Ciceronis Tusculanarum quaestionum libri V.

Cod. membr. 86 foliorum in 4., cujus aetatem indicant verba, quae fol. 86 leguntur: Hunc librum scribi fecit Radulphus Bouuerij Turonis anno domini M<sup>o</sup>CCCCXXVIII<sup>o</sup>. Impostori, qui C. unum erasit, nimiam fidem habens Goetze falso retulit ad a. 1328. Litterae initiales pictae et auratae adsunt. Folia nonnulla vitio biblioepi male transposita ita se excipere debent, ut post fol. 18. sequantur, quae nunc sunt 48.—46., deinde 23.—42., tum 19.—22., postremo 47. et quae supersunt. Primum reperitur hic codex in bibl. Hulsiana t. 1 p. 322; Regia bibl. eum emit e bibl. Gf. Sellii (Lips. 1737. 8.) p. 79 nr. 1440 pretio 16 Thalerorum. Ebertus collationem curavit a. 1815 in usum Goerenzii.

Elect. 526. Regia D 139. Goetze I p. 65. Falkenstein p. 253.

*Ebert: Zur Handschriftenkunde I, S. 173.*

## 118.

a) Ciceronis de creatione et productione mundi liber, qui a Boetio Timaeus nuncupatur. fol. 1.

b) Ejusd. de legibus libri III. fol. 15.

c) Ejusd. paradoxa. fol. 75.

d) Ejusd. somnium Scipionis. fol. 90.

Cod. membr. 97 foliorum in 4. saec. 15. ineunte in Italia eleganter, sed mendose exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Antiquiorem possessorem Bernardinum Catanium indicat fol. 97., anno autem 1747 Goetze Viennae pro bibl. Regia redemit. Goerenz, qui eo usus est in libris de legibus, sed praeter hos eum etiam alia continere falso negat, ita de codice sentit, ut ex antiquo exemplari eum descriptum et ad bonae notae libros referendum esse censeat (praef. p. VII seq.).

Elect. 527. Regia D 151. Goetze III p. 297. Falkenstein p. 253. *Brück S. 279.*